

Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

... Tomus Divinus und fürnehmlich das Evcharistiale, Das ist: Lehrreiche Predigen Auff verschiedene hohe Fest deß Drey Einigen Gottes/ und Jesu Christi unsers Herrn ...

Barcia y Zambrana, José de

Augspurg, 1720

Dissertatiuncula Interpretis Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76523](#)

PROLOGUS AUTHORIS.

velit prædicatorem fuisse. Evidem ex re fuit, me quoque habere nonneminem, à quo expergefierem: atque hunc in finem eam potissimum scripsi sapientis consilium fecutus, qui monet unumquemque, aquam de propria cisterna bibere debere:
 Prov. 5.
 Greg. 3. P.
 Past. cap.
 25.
 Bern. Epist.
 87. post
 initium.

Bibe aquam de cisterna tua. Estque hoc interprete Divo Gregorio in Prædicatores dictum; si nempe bibunt, & proficiunt ex illis ipsis argumentis, & sententiis, quas pro aliorum eruditione colligunt. *Aquam Prædicator*, inquit Sanctissimus Doctor, *de cisterna sua bibt, cum ad cor suum rediens potius audit, quod dicit.* Cum enim magna, & vehemens admodum sit ex ipsa natura propriæ eminentiæ, & gloriæ appetitus, ideo optimum consilium est, si quis à latere semper habeat unum aliquem, qui ingesta Sanctorum doctrinâ, & utriusque, melioris, ac horridioris fortis exemplis coercent pruritum. Denique post sermones de Sanctissimo Evcharistia Sacramento invenies plantas numerò sexaginta formandas aliis de Augustissimo hoc Mysterio Sermonibus destinatas unâ cum remissionibus ad eos libros, ubi plurimas id genus reperi est. Quod quidem tibi commodum erit, & adjumentum; & simul methodus illa, ac ordo, quem antiquiores Sacrae prædicationis Magistri tenuerunt, facilè retineri poterit. Postremo vehementer te rogo, huic bonæ voluntati meæ vicem habeas fusa ad DEUM prece, ut mihi Sanctum Spiritum suum elargiri dignetur ad promovendam maiorem suam gloriam. Valere autem te jubeo verbis S. Bernardi.
Siquid forte à me audisti, scribit ille, quod possit prodesse tibi, gratias DEO age, in cuius manu sunt, & nos, & sermones nostri. Vale.

*Omnia Scripta, & Scribenda sub correctione Sanctæ
Romanae Ecclesiae.*

DISSERTATIUNCULA INTERPRETIS AD LECTOREM.

Btimus in Bibliothecam tibi venit Barziæ tomus, gerinanc Lector; venique Germanus, non Hispanus. Sed unde, inquis, Germanus hic mihi venit Hispanus? Haud adeò procul, nec è civitate, sed de pago, & rure. Vis, Symbolo tibi rem dicam: Pinge, vel vide apud Boschium fontes in urbe, cum lemmate: *Quod bibimus, de rure venit.* At tu natum torqueas, & rus naueas. Apage mihi hunc librum, ais, rus oler. Plus sanè placeat, Domina qui natus in urbe est.
 Bosch. in
art. symb.
clasc. 3. n.
87.
 Martial. li.
 3. Epig. 1.
 Barz. hic
ferm. 5. n. 2.
 Columel.
apud Just.
Lipst. p. 2.
 cent. 1.
 epift. 8.
 Petr. firmi.
an. in Præf.
ad Gygem.
 Petr. Cel.
lensi. apud
Joa. Brom.
gard. in
Prolog. ad
Alphabeth.
Concion.
 Martial.
lib. 3. Epigr.
de pigris
nautis.

Miror, quod agrestis musca in pretiosum hoc unguentum invollet. Ego verò obtestor te, & vehementer rogo, si peccatum est, meum est; parce. Fatemur de rure venimus. Et Reverendissimus author quidem ipse quoque manifestè ruticolam se fatetur; dicit enim se *venientem de villa*: de domo campestri. *He venido*, verba illius sunt, *de aquella bien fundada CASA DE CAMPO de el sagrado Monte de Granada.* Nulla paritas, & consequentia, respondes. De paritate concedo; optimæ verò consequentia; nam nihil naturalius, quam ibi dati & umbras, ubi solis radij. Aperiè dicam, quod dicere volebam. Illustrissimus Barzia maximam partem in Interpretes Provinciales incidit. In nostro certè Capitulo rurestrì, quod in Superiori Bavaria Schvabhusianum dicitur, & à Lyco flumine excurrit usque ad Ambræ lacum, in cuius ripa residet Venerabile caput nostrum (DEUS opt: Max. diutissime incolüme servet) tres sunt sacri curiones (& ego quidem minimus eorum) quibus data est *Interpretatio Sermonum Barzianotum.* Duorum laborem jam legisti in Quadragesimali anno proximo idiomate Germanico in lucem edito: versionem verò duorum latinam proximè leges: & tum dices, puto, rus, & litteras non adeò Vatinianâ inimicitâ inter se disidere; immò ut ille dixit, consanguineas esse. Sed hæc de rure levior objectio; non enim unde, sed quid veniat curandum. *Nec de herbis*, inquit Petrus Cellensis, *queritur, in qua terra, vel cuius hortulani curâ, & culturâ adoleverint, dumodo vim habeant sanativam.* Venit tibi itaque Barziæ tomus *Divinus*, & *Evcharisticus* sermone Teutonico expolitus, uno ab hinc anno, & aliquor mensibus promissus. *Vellus aureum* tunc compellavi, & Jasonem promisi; optaveram siquidem operi tam arduo transferendo habilius ingenium. Quoniam verò rebüs ita serentibus ego, non quidem Jason, sed nihilominus argonauta, id est, tardus, & piger nauta (ut Bilbilitanus Jocatur) adhibitus sui, ideo in versione hac mea non aurum, sed lignum promitto, offrōque: & vel maximè mihi apto, quod author in suo prologo

Dissertatiuncula Interpretis ad Lectorem.

prologo ex Ruperto, quasi propriè in me dictum adduxit; ego quippe verissimè opera mea (Si tamen quomodounque mea) sic estimo, vel estimari cupio tanquam ligna. Scito bone lector, pagum meum (æthiopalbium nominamus) Augustæ Vindelicorum nobilissimæ urbis admodum notum, penèque inclytum esse à lignis, ita, ut ex re sua cum poëta dicere possit.

Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt.

Crescite, & in titulos surgite ligna meos.

Quæ ligna cùm sagina sint, oppidóque solida acapna, & productoris etiam sectionis præ cæteris estimantur, atque emuntur. Quare ego quoque opera mea sic estimari cupio tanquam ligna mea præsertim illa Æthiopalbensis. Tum verò felicissimus dicar *Xylurgus*, si in lectoris, auditoris que animo, divini amoris flamma interveniente, hac mea qualicunque, ut ita dicam *Xylotomiæ* copiosius exatserbit; Hoc siquidem capitale votum est, cætera parerga sunt: dicisque tibi candidè, bone lector *LIGNUM veni mittere*, & quid volo nisi ut accendatur? Mutua prece Deum rogo, ut & ipse ignem submittat, & procul dubio ardebit.

At replicas: Verfiones ejusmodi utcunque insinceras esse, tortas, obscuras, minimèque fluidas: occurrere sacerulè vortices, penèque labyrinthos nullò filo relegendos &c. Amabo te, audi ad tria, quæ in re ipsa obijcere vidéris, brevissimam Apologiam.

Primum, sincerus ego hac in interpretatione vix non ad scutulum fui. Hinc ortæ sunt Note in margine cum asteriscis frequenter obviæ, sinceritatis testes, & veritatis, claritatisque ob-sides. Tu verò lege, si vacat, Canonem 5. distinet. 9. qui incipit *Ego solis*: vel si facti Juris corpus minus notum, & nedum forte ad manus est, epistolam S. Augustini 10. lege, ex qua Canoniſte assumptus est. Ibi disces in versione libri præter libri authorem tres esse, lectorum, Typographum, & interpretem. Jam pone, occurrere, quod offendat: tunc cum sapientissimo Præfule Hipponensi optimè sic dices: vel hic codex est mendosus culpâ Typographi; vel Interpres non intellexit authorem; vel ego non intelligo interpretem. *Vel mendosum esse codicem*, Augustini sententia est, *vel Interpretum non affectum esse*, quod dictum est, *vel me minimè intellexisse non ambigam*. Optimè igitur *hanc veniam petimusque damnsque vicissim*, & siquid erratum est, quamdiu licet, patimur. Quanquam non inficior, impingere pronissimum est interpreti. Nam nisi assidue attentissimus sit, facile ex *Mona Mona*, id est, ex Moniali simiam faciet; fecitque hercule nonnemo non sine rita. Alius paulo minus ridiculè verba Hispana: *Huella, y rastro ligonem*, & *rastrum* dixit, *vestigia*, & *vestigiorum* tractum dicturus, si bene cogitasset. Et non ita pridem verset alias laudatus Hispanum Terliz, *laborem spiritualem*, *ein geistliche Arbeit* interpretatus est, initiatis, *Canonizatisque* textorum careis. Nempe reconditi genii est Hispanorum sermo: non adeò simpliciter, ut *Helvetæ ligonem ligonem*, & *scapham schapham* dicunt: & Vocabula-tia infida sunt, plerūque & manca; neque in obscuris semper licet divinare, & felicem esse. Quamobrem siquid Interpreti minus cauto in opere longiori, ubi planè necesse est obrepere somnum, excidat (nec ego me eximium hic per omnia fecerim) ignoscendum puto; & illud Poëtae pronuntiatum impendiò mihi probatur:

*Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria sudit
Aut humana parum cavit natura.*

At sacer (secundo loco ingeris) absurdaria aliqua, contorta, & quasi sene tracta recurrunt. Credo. Et proferò hic rhombus. In Gratiano alterum canonem legamus item ex S. Augustino desumptum. Audi, & nota verba. *Habet omnis lingua sua quedam propria genera locutionum, que cùm in aliam linguam transferuntur, videntur absurdâ*. Can. locutio, dist. 38. Auditum? *Videntur absurdâ*, & forte non sunt. Quid autem consilii, ut neque absurdâ videantur? si bonus es, ne tibi videantur absurdâ, tu tibi consule, & facile potes. Mihi verò, postquam olim silvam hanc altius ingressus fui, sacerdote occinni illud:

*Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres: nec desiles imitator in artum &c.*

Hanc legem si neglexeris, quidquid verteris, non solum absurdum videbitur, sed & erit. Verumtamen quemadmodum non inhærendum verbo, sic non recedendum à sensu. Atqui, quod difficultatem auget, sensa Hispanis multa, verba pauciora, sed gravia, ponderosa, & non tardè sequi-pedalia. Omnis dictio rotunda sine ansa, & cohærentia: omnis periodus absolute incipiens: *Interjekções*, & copulæ sensuum rarissimæ; aut certè semper eadem; nec licet indignati identidem recurrentibus. Præterea verba, eaque utcunque in *activa conjugatione* quasi Reges sunt, aut saltē ut *Grandes*: semper præcedunt in dictione, & *nomina* sicut vulgus, & subditos post se habent; qui-bus miscentur *Gerundia*, & *infinitivi*, & *incisa* pene infinita, & innumera. Atque adeò verbum verbo substituere *non Dii, non homines, non concessere columna*. Contrà æquale erit piaculum, si quis ita procul à verbis recedet, ut neque sensum teneat. Itaque sinceritatis, fidelitatisque primæ est, authoris animum sequi: quia in te, ut dixi, pene ad scrupulum adhæsi. Porro non sensum duntaxat authoris sed & genium quodammodo sectari debet Interpres. Explico me in nostro negotio. Illustrissimus author noster singulatis ingenii, & eruditio-nis profusis incomparabilis vir plurima, imò omnia non eruditè solum, sed & solidè dixit, & firmiter, orator verè Evangelicus Gravis, amicus veritatis, inimicus phaleratum; & quod ratum est, tam humiliis, quam doctus, quamquam planè doctissimus. Igitur genius illius in dicendo est simplex, sincerus, inaffectatus, & in summa sanctus. Ab hoc ergo illico recessis, si tibi plufulcum ornatus gratiâ, & ut pueris placeas, licete facis. Exempla

[c]

ponam,

Barz. hlc
supra in suo
Prolog.

Ovid. he-
roid. Epist.
s. v. 22.

Aug. Epist.
10. ad Hic-
ton. Can.
Ego solis
distinct. 9.
Martial.
lib. 2. Epig.
8. ad lec-
tem.

Cæsar.
Udin. in
prefat. de
los refranes

Horat. in
art. vers.
351.

Aug. de
vera reli-
gione cap.
49. & 50.
Can. locutio
dist. 38.

Horat. in
art. vi. 133.

Dissertatiuncula Interpretis ad Lectorem.

ponam, dicit Barzia alicubi: *Iszabel à canibus devorata est, & alia formosissime queque hujus mundi mulieres à vermisbus.* Sin ego hic altius tollere volens dixerim: *Iszabel Regia illa pelle tandem voracissimos canes amasios noctae est; alie vero quicquid fuere mundane Venere, procacis pulchritudinis Helenae, miracula SPECIOSITATIS mordacibus vermisbus in ore, & amore fuerunt: nunquid idem sensus, sed diversissimus genus?* Si ille simpliciter, sed strictim interrogat: *ubi nunc earum pulchritudo, ubi amabilitas?* Ego vero ad singula digressus ita exaggerem: *Ubi nunc ille oris nitor? ubi oculorum sidera? ubi labiorum coralia? ubi purpura genarum? ebur frontis? ubi alia amoris irritamenta?* Nunquid à genio Barzia descisco? Si, quem ille hominem luxuriam obsecrare, aut ingluvi immundum compellat, ego continuo dicam suem *Sabellicum*, & insinuum *Epicuri de grege porcum*: si, quia ipsi discincta illa notatur Uxor Putipharis mihi meretrix *incesta Canopi*, immunditiae cloaca, & spurcitiae sentina audiatur: profecto illi Evangelicus, mihi vero satyricus dicendi genus erit: & verendum præcipue, ut dicto à Barzia die dirius vaparem.

Sed terrium in me telum torques, & instas: hac ratione dictio languet, inquis, versio inelegans,
Perf. sat. 3. *indifferita, clumbis, & exsanguis est; non fluit, non vivit, nihilque delectat. O bone! Ad populum phaleras.*

Tu nempe plantas arbores propter meta folia! At nos, ut à Salviano audisti, *in scriptiunculis nostris non lenocinia esse volumus.* Legamus hic tertium ex Gratiano canonem, & divum Hieronymum Interpretum facile Regem, in eo audiatius: *Ecclesiastica interpretatio*, inquit ille in calce epistola ad Pamphilium, *etiam habet eloquii venustatem, dissimilare eam debet, & fugere, ut non otiosis*

philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed universo loquatur hominum generi. Hæc invenies in Can. 15. dist. 3. Stridotiensis vero Ecclesiæ Doctor me tibi eloquentiam sectanti potro candidè excusat: *Eloquentiam, inquiens, quam pro Christo in Cicerone contemnis, in parvulis (qualis ego) ne requiras.* Denique ego rem, & senia Barzia aperire tibi volui, ea, qua maxima potui, claritate; tu modò optioneris habes; si ad concionem inde dicere quid voles, ea arte, ingenio, & genio dicere poteris, quo bonum tibi videtur. *Stamina tibi, inquit alibi divus Hieronymus, atque subregmina, & licet preparabo: tu pulcherrimam vestem ipse conficio.* Et siquidem eloquentior fueris Authore, & Interpretæ, non est, quod à nobis eatenus requiras ex te ipso dives. Sin vero infasciatur es, æquæ non eit cur expòbres. Nonis est Doctor Iosephus de Barzia, ut ampullis ludat: non verborum vanitate libi plausum sed rei veritate aliis planetum móvet.

Atque hic ego tibi, Germane lector, *Epistolam ejus exhortatoriam impensè commendando.* Torsum ea est, & aries ad evertendam funditus illam vanæ eloquentiæ arcem. Ego sincerè eam reddidi, & planè, verbisque, ut potui, pure putè Germanis. Quod & alias pro viribus observavi. Mitum in modum complutes sibi placent, & tum demum Cicerones Germanos se existimant, si nescio quæ verba consarcuit ex Gallia, Italiæ corrupto fonte fluentia. Phrases semigermanæ, semigallæ, & revera plusquam semibarbaræ etiam in ipsis sacris rostris obtinent. *Avängieren / trainieren / observieren / penetrieren / facon, jalouse, basta, torto, & id genus in humera in fernuitem Germanum turmatim irrepse: Et delectant ista nugæ, rametsi non intelliguntur, & novo ia eis interprete opus.* Ego Germanus simplex talos à vertice purus ad imos dico cum Lipsio:

*Non hic Galle tuas, tuas Iberæ,
Tuas Itale non repose voces
Nostra hac fabula, scena tota nostra est.
Ita exoticæ verba.*

Ultima egestas aliqua intrusit in offensæ claritate vix declinanda; notata tamen sunt, & quasi stigmatica erubescunt. Quod si tamen his omnibus desuper habitis fluidorem, magisque compositum stylum exigis, possum alia viâ me tibi putgare, & tempotis angustias causati. Annū non ornino integrum, cùmque variis negotiis, totum quandoque hominem occupantibus intricatum huic versioni inisumpsi. Impatiens quorundam totius Barzia desiderium Bibliopolam, & ille me urgebat, stimulabärque. Accipe instantiam à simili (si tamen parva licet compónere magnis) Urget me frater Sisinius, inquit Divus Hieronymus, *incompta, & impróbita transmittere: UT NON DICAM EMENDANDI, SED NE RELEGENDI QUIDEM HABEAM FACULTATEM.* Ille festinat in opus suum: *nō in nostro opere minus facimus, dum eruditio incassum vertitur &c.* Hæc potes legere, sis vis, & ignoscere. Jam vero accipe omnium excusationum, & objectionum peremptoriam. Cultior Interpres esse nec potui, nec volui. *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.* Hæc Christi Verba Didacus Nilensis Concionator Hispanus Madritensis in Monasterio & ordine S. Basillii, Barzia nostro in multis, præsertim in usu scripturaræ sacræ haud multum absimilis, di-midiò tamen lœculô vetustior, ita interpretatur, & in se transfert: Ego ita locutus sum, ut me omnes intellexerint: & quoniam in verbis non sum curiosus, & more illorum, qui lingua aliquam non probè callent, non raro syllabas prætermitto, idcirco & hic de verbo Divini Magistri liceat mihi unam literam præterire: *Scripsi clare, dixi clare, verèque dico, & in OCCULTO locutus sum nihil.* Clarum, & intelligibilem esse mea insignia sum. Ita ille, ita ego. At de his satis.

Cæterum similitudines, quas author, novus hetclè eatenus Chrysostomus, identidem inducit, in margine noratas volui in tuam gratiam adjecto insuper earum post finem indice. Serviet hæc industria tibi plurimis viis, confido, & singulariè juvabit memoriam.

Et ita tandem omnia habes, saltem de quibus haec tenus constat, Barzia opera, Germane lector. Placet emere omnia? sed non unius assis liber est, inquis. Ita est: quod rarum carum. At à Drexelio accipe consilium emendis, legendisque libris prorsus salubriterum. *Unicum*, inquit apud illum Eulogius, *omittamus symposium, & noster est liber.* Interim fave, pro me Deum ota, & Vale.

PRIVI-

Drexel. in
Aurifod.
P. 1. cap. 7.

Hieron. in
Proem. in
3. comment in
Zachar.

Joan. 18.

Dieg. Ni-
sen. Proem.
ad lector.
tom. 1.
quadrages.

Salvian. su-
pra in Pro-
log. author.

Hieron. ad
Pammach.
epist. 52.
michi tom. 2
fol. 117.

Idem
ibidem.

Hieron.

Proem. in

Hierem.

Just. Lips.
P. 1. cent:
3. epist. 29.